DE FULGENTIO MYTHOGRAPHO ET EPISCOPO

PARTICULA PRIMA

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM VRATISLAVIENSIUM ORDINE
RITE IMPETRANDOS SCRIPSIT

OTTO FRIEBEL
RATIBORIENSIS

DIE XX. MENSIS MARTII HORA 12. IN AULA MUSICA DOCTORANDUS
DISSERET DE FULGENTII QUIBUSDAM LITTERARUM STUDIIS,
DEINDE ERIT PROMOTIO

Paderbornae
Typis impressit Ferdinand Schöningh
1911.

De dissertatione probanda ad ordinem rettulit

F. Skutsch

Examen rigorosum habitum est die XXX mensis Novembris anni MCMX

Quota pars sit haec commentatio dissertationis amplissimo ordine traditae tabula argumenti docet. Totum autem opus vernaculo sermone conscriptum prodibit in »Studien zur Geschichte und Kultur des Altertums« quae apud Ferdinandum Schöningh edunt E. Drerup, H. Grimme, J. P. Kirsch.

Francisco Skutsch

praeceptori humanissimo

S.

Pars prima: De rebus grammaticis.

Caput I: De casibus.

1. De accusativo.

Contra consuetudinem transitive a Fulgentiis usurpantur verba haec.

§ 1. persuadere[1] a mythographo, suadere[2] ab episcopo: 41_8 quae eum persuasit coli . . . enervare contractus;

[1] Apul. 9, 25 uxorem eius tacite suasi ac denique persuasi (Leky 20). — Tertull. Res. 21 spes resurrectionis neminem ad religionem persuaderet (Hoppe 14). — Rönsch, It. & Vulg. 442: Rehd. Luc. 16, 30 si quis . . . resurrexerit, persuadebit eos; R. duos ex Petronio affert locos: 46 & 62. — Hier. In Ephes. pr. sapientem virum . . . manere persuadeat (Gölzer 364). — Priscill. 82_{16} nos ita deo Christo servire persuadit. — Iustin. Trog. 2, 11, 14 Nihil erat difficile persuadere persuasis mori (Paucker 336). — Oros. A 17, 13 persuademur. — S. H. A. Al. Sev. 12, 4 sed quamvis . . . non potuerit persuaderi ut susciperet ('ei' subaudiri posse adnotat Lessing 14, cum intransitive paucis versibus ante usurpetur). — Vinc. Ler. 16_5 plebem dei persuadere coepit ut. — Sid. Apoll. 45_{14} quos . . . receptui canere persuadent. — Alcim. Avit. 16_1 ut is ipse . . . persuadeatur a principe nostro quod suadeat populo suo.

[2] Apul. 9, 22 (H. 219_{19}) suasum et confirmatum animi amatorem. — Tertull. Pall. 6 sermone me suasisti; cult. f. I 1; Scorp. 2 (Hoppe 14). — Lucif. 184_8 nos socios . . . suadebas fieri. — Rönsch, It. & Vulg. 441: Vulg. Judith 12, 10 suade Hebraeam illam, ut sponte consentiat. — Priscill. 90_{18} humana natura . . . suadetur; 58_{16}. — Cypr. Gall. G. 103 serpentis suasa loquella accepi. — Hier. In Luc. h. 39 suasus illecebris (Gölzer 305). — Commod. A 765; A 29 suades . . . altos et humiles; A 301 non ita suademur (Schneider 15). — Ruf. Sext. 13 omne membrum corporis quod suadet te (*ἀναπεῖθόν σε*) contra pudicitiam agere. — Vinc. Ler. 28_{27} quos suadere non potuerit. — Sid. Apoll. 146_{20} quotiens aliquem . . . sperare suadetis (Müller 99). — Cypr. 692_1 confessorum populum suaseris fieri; app. 120_3 perfidia quae . . . nec . . . potest corrigi nec . . . doceri atque suaderi.

69_{14} quam (animam) persuadet ut; 355B quos inaniter suadet de Dei bonitate gaudere.

§ 2. Invidere apud mythographum accusativum secum habet. Accusativus ponitur:

a. rei[1] 32_{13} cuius regnum opimum Perseus invidens; 66_8 nec invideo fortunas eius.

b. personae[2] 172_8 Conlator lucis ab adversariis invidetur.

At saepius cum dativo personae coniungitur: 56_3 cui temporis fugitiva vis invidet; 69_{11} Huic invidet Venus; 145_{13} non fratri invidit.

Similiter apud episcopum nocere[3] verbum transitivum est: 598D ex quocumque nocemur.

§ 3. Apud utrumque scriptorem extat praecipior:[4] 106_9 Iuturna bello discedere praecipitur; 630D quod operari praecipimur; 762A deo nostro praecipiamur exhibere; 226A rationem fidei speique nostrae praecipiamur reddere.

---

[1] Apul. Ap. 21 in.; 22_m (Müller, Glotta II 174). — Tertull. Pud. 8 Christiano reconciliationem . . . invideat (Hoppe 29). — S. H. A. Al. Sev. 19, 5 ianuae . . . quarum forma . . . usum publicum invidit; Iul. Val. (Kübler 105_4) non invideas sepulturam (Lessing 15); Hadr. 20, 1 sibi hanc voluptatem . . . inviderent; Sev. 20, 3 (Lessing 19). — Priscill. 52_4 testamentum scripturarum diabolus invideret. — Sid. Apoll. 82_{15} invident tunicatis otia (Müller 40). — Compara Graecorum φθονεῖν.

[2] Sid. Apoll. 46_{25} nostris invidearis obtutibus.

[3] Apul. Met. 1, 10 quae cum subinde ac multi nocerentur (Leky 20). — Tertull. Exh. cast. 12 nobis non magis licere nascentem nocere (al. necare) quam et natum (Hoppe 15). — Rönsch, It. & Vulg. 441: Amiat., Fuld. Marcus 16, 18 non eos nocebit; Fuld. Apoc. 11, 5; Cant. Luc. 4, 35; Corb. Iudith 11, 1; oft. — Hier. In Galat. I ad 3, 1 is . . . noceatur; ut quomodo tenera aetas noceri dicitur . . . sic . etiam Galatae . . . sint nociti (Gölzer 303). — Lact. II 103_5 quid igitur nocebit . . . eos permanere. — Lucif. 70_{29}; 131_{30}; 171_{18}. — Iustin. Trog. 44, 4, 6 cum non solum non noceretur verum etiam . . . aleretur (Paucker 324). — Cypr. app. 319, 264 non aliquem nocuit; app. 319, 261.

[4] Cypr. Gall. G. 115 femina . . . praecipitur . . . ponere partum; E. 737. — Ambrosiast. 253_7 qui remedium sanitatis fuerat consecutus . . . redire praecipitur (Engelbrecht 36). — Paul. Nol. 363_{13} Iob . . . facere praeceptus est; 69_{13}.

Praecipere[1] active episcopus tantum cum accusativo struit: 633C Quod nos observare . . . praecipit; 639C nos apostolus esse praecipit »spiritu ferventes«; 475D nos b. apostolus praecipit non conformari huic saeculo; 360B praecipit enim nos apostolus esse in tribulatione patientes.

Similiter imperare accusativo adiungitur: 382A ad utraque nos respondere caritas imperat.

Permittor[2] episcopus tantum habet: 590C nemo negare permittitur; 597D alia facere permissi sunt; 598A permittuntur quaedam facere mali angeli . . . permittuntur aliquid producere; 615C nemo divinae imputare permittitur voluntati; 429A permittimur accipere; 469A imago dei . . . non permittatur intrare; 305A terminum transgredi . . . non permittatur excessus; 310C nec permittantur vivere; 570C ille . . . intrare permittitur; 342A permittitur tamen fatigari . . . mortalitas.

Permittere[3] activum apud episcopum accusativum secum habet his locis: 735A te permisit infantes occidere; 795A quod te dicere sancta nullatenus permittit auctoritas; 822A hoc quemquam b. Petrus credere non permittit; 394C nec nos permittat . . . corruptioni . . . subici; 457C aut se quisquam fidelium profanari tanta impietate permittat; 162A eum iuste Deus peccare permittat.

Monendum est permittere et praecipere nisi infinitivo apposito cum accusativo non strui. Ceterum hanc structuram imitatione et Latini verbi iubere et Graeci πείθειν effectam esse crediderim.

---

1 Hier. V. Hilar. 22 ceteros abire praecepit (Gölzer 372). — Lact. I 309_3 renasci eum denuo in carne praecepit; 328_{22}.

2 Tert. Pud. 19 nec exorare permittitur; al. (Hoppe 46). — Cypr. app. 208_6 fatear si permittor; App. 179_8. — Augustin. Serm. 99, 2 permissa est accedere (Regnier 63). — Vinc. Ler. 14_4 proferre interdum permittantur. — Alc. Avit. 108_1 ille permitteretur dicere. — Sid. Apoll 118_5 desiderio . . . satisfacere permittor; 26_{13} (Müller 101). — Paul. Nol. IX 59 permittantur . . . adsumere vires; XX 86. — Ps. Asc. 123_{12} permissi sunt accusare (Stangl 56).

3 Sid. Apoll. 135_{26} quem (poetam) distantia loci nec hoc facere permittit; 135_{14} (Müller 99). — Lucif. 49_{10} me permitteret deus . . . in regno esse. — Priscill. 55_{19} quae in canone non erant, discipulos suos legere permisit.

§ 4. Apud utrumque Fulgentium nonnulla deponentia accusativum pro ablativo vel dativo sibi adsciscunt:

78_{12} aliud infirmitatis venientem mederi[1] concursum; 562D donum potiatur[2] aequalitatis angelicae; 597B ut deum quem diligunt perfruantur.[3]

§ 5. Carere[4] et indigere[5] apud Fulgentios cum accusativo struuntur:

150_3 tenebras carueris. Reliqua exempla plane incerta sunt: 150_1 humani similitudinem non carent ordinis (similitudine* R; similitudine S); 168_2 ne . . . caruissent augmentum (augmento S); 172_{24} mortis medelam . . . caruit (medelam R T [m del. man. 2] medela S); 3_3 res quae caret effectu (effectũ T; effectu ω).

Similiter apud episcopum legitur 318C nihil indigens deus.

Accusativus pro praepositionibus ponitur:

1. Verbis simplicibus adiunctus:

§ 6. dubitare[6] apud Fulgentios accusativum habet: 165_{14} victoriam dubitatam invenit; 175_{10} Pharisaeus dubitata certus adseverat; 216B ut saltem sic filius patri non dubitetur

---

[1] Apul. 7, 17 iniquitatem . . . medebatur; Tertull. Bapt. 5 (C. F. W. Müller, Glotta II 171). — Sid. Apoll. 108, 7 intentionibus medendis Aquitanorum (Müller 40); medicari cum dativo coniungitur ab eodem atque ab Hieronymo (Gölzer 303).

[2] Apul. 10, 35 portam . . . potitus; Flor. 15 (Leky 20). — Gell. 13, 1, 5 quae mortem per vim potita est (Gorges 26). — Lucif. 297_{27} triumphos ~ (cum ablativo 37_{29}). — Iustin. Trog. 11, 7, 4 cuius urbis potiundae (Paucker 324). — Cypr. 210_{11} immortalitatem . . . potiri.

[3] Apul. Ap. 72 prospectus fruiturum me; Plato 2, 4 (Leky 20). — Tertull. Virg. vel. 17 dimidiam frui lucem; Pat. 1 (Hoppe 16). — Lucif. 101_{22} frui felicitatem. — Commod. A 760 perfruamur omnia saecli; 1, 26, 9 (Schneider 14). — De prisca latinitate cf. Langen, utor, fruor, fungor im älteren Latein, A. L. L. III 329 ff. — Cypr. app. 49_{21} nec salutem potuit frui.

[4] Lucif. 125_{27} digni quidem illi carere lumen. — Cypr. App. 30_{15} caruerunt omnem hanc . . . labem.

[5] Apul. Plat. I 8 nihil indigens; Plato I 5 (Leky 21). — Gell. 9, 8, 2 ne quid egeat; 13, 24, 2 (Gorges 27). — Priscill. 69_{10} omnis scriptura interpretationem indiget. — Rönsch, It. & Vulg. 414.

[6] Alcim. Avit. 11_5 cum . . . maior esse angelis a nemine dubitetur.

vel negetur aequalis. Similiter dicitur 430 B quia non est inventus dolus in ore eius . . . vera verba non ambigitur protulisse.

Activum[1] ut apud Ciceronem pronomina tantum secum habet: 651 D Nam si deus incommutabilis est quod dubitandum non est; 788 D Quodsi verax est promissio salvatoris quod nemo Christianus dubitat.

§ 7. Penetrare[2] apud Fulgentios accusativum regit: 96_2 sapientiae obscura secretaque mysteria penetrat; 96_5 numquam secreta sapientiae penetrabis; 98_7 altiori scientiae penetrata caligine; 165_{28} fines . . . penetrat; 166_{10} Meroën . . . penetrat; 617 B Quis istam profunditatem iudiciorum dei penetrare valeat.

518 A tota trinitas infernum penetravit. De hoc loco pluribus disserendum est. Extat in libello ad Victorem qui inscribitur »Contra sermonem Fastidiosi Ariani«. Sed haec locutio iam in Victoris ad Fulgentium epistula legitur: 376 B »tota trinitas infernos penetravit«, ita ut Fulgentio videatur esse abiudicanda. At certum est Victorem hoc ut dictum Fastidiosi afferre quem Fulgentius (518 B) asseverat haec omnia ex suis epistulis sensu depravato hausisse ita ut hunc quoque locum Fulgentio tribuere possimus.

Ceterum penetrare cum accusativo iunctum prope accedit ad accusativum directionis[3] qui saepius apud Apuleium, hic illic apud alios legitur.

§ 8. Petere[4] (= orare) apud utrumque Fulgentium

---

[1] Lact. I 31_2 quod (Acc.) si quis dubitat.

[2] Apud Apul. reflexive: 8, 29; Plat. I 5 (Leky 21). — Hier. Epist. 53, 1 opulentissima Indiae regna penetravit; Ep. 130, 6 (Gölzer 306). — Prud. H. 91 ne tenerum penetret meditatio caelum. — Paul. Nol. XIX 651 caelos penetravit; XX 359. — Cypr. app. 193_{19} castra omnia penetrentur; App. 213_{24}.

[3] Schmalz[4] § 58, 354. — Apul. Met. I 5 si Thessaliam perveneritis; Met. II 15 cubiculum meum contendo; Flor. 19; 16 (Leky 21). — Iustin. Trog. 21, 2, 3 rus suburbanum . . . contendit (Paucker 325). — Paul. Nol. XX 337 sacrum huc venere locum. — Ether. 50_{15} loca quae ambulaverunt (Anglade 90).

[4] Extat passim in Vulg. Iohan. 14, 13; 14; 16, 23; Matth. 7, 9; 11; Luc. 11, 11 (Kaulen 228). — Rönsch, It. & Vulg. 441: Amiat. Iohann. 16, 23;

praeter solitam structuram etiam cum accusativo iungitur: 34_8 Apollinem atque Herculem petit ut; 50_6 Mida rex Apollinem petit ut; 67_5 Venus . . . Cupidinem petit ut; 90_{23} Iuno Aeolum petit quo; 796C dicis . . . in eo esse minorem . . . quia non petitur ut descendat; 802A hic petendum dixit, sed utrum ab ipso an a patre petendum sit, non ostendit. Paulo post tamen curavit petendam patris aperire personam . . . audi quomodo etiam se ipsum petendum curaverit discipulis intimare; 802B ecce dei filius petendum intimat et se ipsum. Si quid autem pater in nomine filii fuerit petitus . . . si quid etiam pater in suo petatur nomine . . . ut quod petitur pater filium peti, non credas; 802C fecitne filius cum patre quod Paulus patrem petiit . . . an quod solum patrem Paulus petiit; 802D illud quod . . . solum patrem Paulus petiit.

§ 9. Spirare,[1] suspirare[2] episcopus poetarum in modum cum accusativo coniungit: 347A caritatem . . . dilexit quam semper in bona voluntate spiravit; 359A qui . . . non temporalia gaudia sed aeterna suspirant.

§ 10. Mirus est accusativus apud verbum opus est: 29_2 non erat opus criminibus iudicem. Ubi R. Helm habere subaudiendum esse censet. At cf. episcopi structuras has: 762D unde necesse eum fuit ut et deum nostrum . . . secundum divinitatem Christum diceret; 348C libros quos opus habemus servi tui describant. Itaque opus est apud mythographum idem fere valere atque »opus habent« sine certo subiecto positum censuerim.

Vulg. Luc. 6, 30 omni autem petenti te; Fuld. Matth. 6, 8; Iohan. 15, 1; Verc. Marc. 6, 22 pete me quod vis. — Hier. In Eph. III ad 6, 18 apostoli . . . petentis Ephesios (Gölzer 304); In Luc. Hom. 13 petamus omnipotentem deum (Gölzer 445). — S. H. A. Pert. 3, 5 eumque petit litteris ut . . . proficisceretur; Maxim. 2, 5 (Lessing 14). — Sid. Apoll. 151_{20} solvere . . . litteras . . . petor (Müller 41). — Priscill. 42_{15} venerabiles sensus tuos petimus.

[1] Prud. S. II 480 Spirat enim maiora animus.

[2] = desiderare. Quos C. F. W. Müller (81; 83) affert locos ad rem nihil faciunt quippe in quibus accusativus adiectivorum pro obiecto interno positus sit. — Tertull. Cult. f. II 6 adolescentia suspiratur; Spect. 28; Res. 22 (Hoppe 16). — Prud. C II 44 mercator hinc ac rusticus avara suspirant lucra. — Sid. Apoll. 7_4 Cremonam . . . cuius est olim Tityro Mantuano largum suspirata proximitas (Müller 43).

Ceterum 'opus est' apud Fulgentios hic illic cum nominativo ponitur: 12_6 sudor hic opus est; 479 C medico qui non est opus sanis sed male habentibus; 164_{18} nulla nominum inventio ~.

2. Accusativus pro praepositionibus verbis compositis adiungitur:

§ 11. Verba cum 'ad' composita accus. habent haec:

accedere[1]: 116_7 cum sacrificium accessissent;

adiurare[2]: 801 B deus ergo qui non iurat nisi per semet ipsum non adiuratur nisi per illum;

adgaudere[3]: 160_{12} aetas . . . volumen exspectat quo suae causae termen conclusum adgaudeat. Apud episcopum dativum habet: 349 A nunc felici triumpho . . . sublimaris non cui populus R. applaudat[4], sed cui angelicus coetus adgaudeat. (Forsitan praecedens applaudere hunc dativum induxit.)

alludere[5]: a mythographo et cum dativo et cum accusativo struitur: 31_4 Solet igitur alludere his speciebus; 50_{15} poetae alluserunt argutiam;

arridere[6] dativo apponitur: 9_{12} quibus inter mala adrideret;

ascendere[7] apud episc. aut accus. aut praepos. in habet: 502 D qui etiam resurrexit caelosque ascendit — ◡ — — ◡ (praepositione posita: »inque caelos ascendit« clausula peior evaderet);

---

[1] Paul. Nol. XI 13 (ora) tua accessi. — C. F. W. Müller 132: apud Gell. et Apul., praeterea imprimis apud poetas.

[2] Thes. I 713. — Tertull. Idol. 21: ab alio adiuratus (Hoppe, Diss. 10). — Vulg. Cant. Cant. 2, 7 adiuro vos, filiae Ierusalem; Gen. 24, 3; 50, 6 (Kaulen 150). — Hier. Ep. 52, 15 m. Hippocrates adiurat discipulos suos; Vit. Hil. 44 (Gölzer 307). — Cypr. Gall. G. 1465 adiurat natum Iacobus (= orat, rogat). — Alcim. Avit. 21_{19} dispensatorem . . . adiurans; 21_{23}.

[3] Paul. Nol. 337_4 adgaudens tibi dicet; XVIII 14 Christo adgaudere ministros.

[4] Hier. In Is. X ad 33, 13 sibi applaudere; In Soph. 1, 4 ff.; Ep. 133, 3 applaudente sibi perfidia (Gölzer 315). — Paul. Nol. app. 452_3 frustra sibi aliquis de nobilitate generis applaudit.

[5] Lact. I 202_9 aut homini adludunt aut suis.

[6] Lact. II 81_{14} ubicumque nobis latendi occasio adriserit.

[7] Hier. V. Hilar. 35 ascendit classem (Gölzer 328). — Augustin. Serm. 266 § 4 f. Rogat Philippum ut currum ascenderet (Regnier 66).

735B ut postea crucem dignaretur ascendere — ⏑ — — ⏑ ~; contra 742 D ascendit in caelum — ⏑ — — ⏑! Quantum valeat clausula ad praepositionem ponendam vel omittendam apparet.

§ 12. Verba cum con composita: compluere[1] apud utrumque accus. regit: 149_{15} mannae ros matutinum compluitur; 722C ille nos compluit[2] . . . praecepto nos compluit. Quamquam hi accusativi diversi sunt, cum hoc loco pluere idem valeat atque irrigare, illo autem defundere.

Coire 152_4 maritum amplexibus coiens.

§ 13. evadere[3] ab episcopo transitive usurpatur: 341C cuius laqueos nemo potest . . . evadere; 741B quid evaserit quo pervenerit.

§ 14. Verba cum in composita:

Utrique commune est incurrere[4] (crimen committere) cum

---

[1] Cum mythographi loco cf. pluere et in Vulg. et apud scriptores ecclesiasticos transitivum. Vulg. Ex. 9, 23 pluitque dominus grandinem; 16, 2 ecce ego pluam vobis panes de caelo (Kaulen 160). — Oros. I 5, 19 deus pluit . . . ignem. — Lact. I 760_3 (deus) pluet super impios ignem. — Ether. 44_{11} eis pluit manna et coturnices. — C. F. W. Müller 47: Av. Fab. 4, 8 depluit imber aquas; Drac. V 27 tela pluuntur.

[2] Similiter Vulg. Ezech. 22, 24; Am. 4, 7 pars una compluta est (Kaulen 174). — Paul. Nol. 336_{22} (ager) compluatur. — Hier. Ep. 108, 10 (Vellus) caelesti rore compluitur; In Ezech. VII ad 24, 1; quaest. Hebr. in gen. 45, 9 ff. (Gölzer 307). — Augustin. Serm. 4 c. 28 Verbum dei omnes compluit (Regnier 189).

[3] C. F. W. Müller 136: apud Lucil., Sueton., Senec., alios. — Apul. mortem ~ (Georg.). — Tertull. Spect. 20 iudicium evaderemus; Marc. II 11 al. (Hoppe 14). — Lucif. 316_2 evasurus supplicia; 259_{10}. — S. H. A. Hadr. 7, 1 Nigrini . . . insidias . . . evasit; Gord. 24, 2; Prob. 18, 3 (Lessing 15). — Salv. E IV 6 evasa omnium rerum varietate. — Cypr. 211_{20} evasisse saeculi noctem videntur; 257_{13}; 258_3. — Lact. I 711_3 cuius sententiam . . . nec mortuus poterit evadere. — Paul. Nol. XII 5 meruisti evadere poenas; XXIV 235. — Priscill. 83_{14} consilia non evasimus impiorum. — Oros. V 1, 11 pro evadendis malorum tempestatibus.

[4] C. F. W. Müller 137 affert nonnullos locos in quibus incurrere idem valet atque aggredi. — Lucif. 67_{11}; 79_5; 135_{15}; al. — S. H. A. Pert. 7, 1 si delationis crimen incurreret (Lessing 15). — (Cypr. Gall.) Sen. 79 ne forte bis unum incurras lapsum; I. 268 ne rursus . . . incurrant numinis iras. —

accusativo positum: 144_{21} qui nihil incurrit; 158_{28} criminis filius crimen incurrit; 546C Sabellianae confusionis incurrat errorem; 566B peccatum incurrit; 269B dispendium salutis incurrunt; 470B laqueum Pelagiani erroris incurrunt; 528B fornicationem quam miser Fastidiosus incurrit; 491C bicipitem laqueum geminae impietatis incurret; 390B culpam minister incurrit; 402A crimen impietatis incurrit; 616B priusquam pervenerit ad futurae vitae beneficium praesentis incurrit occasum.

Apud utrumque incurrere etiam cum praepos. 'in'[1] struitur: 132_4 in id quod fugiendum proposuimus incurrisse; 253C in quod barathrum nefariae assertionis incurrant; 269C in id erroris incurrunt. (Praecedit sine praepositione positum; cf. supra.)

Praeterea *inducere* apud mythographum, *invadere*[2], *inhabitare*, *inmurmurare* apud episc. accusativum habent: 150_{13} repromissae beatitudinis terram inducimur; 725B domum nullius invadat; 421B Multo enim interius animam inhabitat deus quam anima inhabitat corpus; 331C menti laudem propriae virtutis immurmurare.

§ 15. *Obviare* apud episcopum accusativo coniungitur: 552B nec misericordiam ipsius potest aliquis obviare.

Lact. I 128_{21} crimen loquacitatis incurram; I 580_2. — Cypr. 342_4 incurreret aeterna supplicia; [324_{24}]; app. 171_{20} perditionis laqueum incurrit: cf. episcopi locos. — Paul. Nol. 338_{26} ne . . . incurramus contrarium (vitium). — Hier. Ep. 48, 1 ambitionis crimen incurrere; In Matth. II ad 15, 4 ff. (Gölzer 309). — Ether. 100_{27} = admittere (Anglade 115). — Reg. Tyc. 22_{25} promissio autem illa est quae nihil condicionis incurrit. — Sid. Apoll. 135_{12}; 112_6 de scrupulo incursae ambiguitatis; 28_9 (Müller 39). — Alcim. Avit. 26_3 poenas quod maiestas incurrere non possit; 85_{20} barbarismum me incurrisse.

[1] Fav. Eulog. 5_{31} in umbra⟨m⟩ terr⟨a⟩e . . . incurrat. — Lact. I 95_{23} in laqueos mortis incurrant; I 379_{20} al. — Salv. VII 73 in aliquos insidiarum laqueos incurreret.

[2] S. H. A. Carac. 6, 6 invasit imperium; 12, 1; Sever. 19, 6 invadentibus multis rem p.; Tr. Gall. 14, 6 invadere principatum (Lessing 15, Paucker 103). — Lact. II 111_{14} omnia eius invaserint. — Caecil. II 206_{18} thesauros invadit; 210_{16}, al. — Cypr. 358_{19} censum pereuntis invadit; 388_9; 629_{13}. — Etiam apud mythogr. 22_7 concupita invadere . . . quae invadit.

§ 16. Itidem transnatare struitur: 746 A mortuus maria transnatavit.

§ 17. Verba affectuum saepe apud Fulgentios transitiva sunt. Uterque habet dolere, similia sunt horrere — exhorrere, pavere — pavescere:

145_3 lassatos in agro cursus non doluit fratris = fratrem cursibus lassatum; 538 B Nec istos utique tristis doleret nec illos humiliatus doleret apostolus; 740 C Dolebat ecclesia subtractum interim suo consortio tam clarissimum sacerdotem sed tamen gaudebat . . . martyrem exstitisse victorem.

Quamquam secundo loco dubitari potest utrum accusativum an accus. cum infin. omissa copula posuerit auctor.

106_5 horrens[1] sermonem; 133_{31} deo . . . qui horret excelsum; 509 A sum compulsus exhorrere[2] blasphemum.

6_3 hostes in vestigiis pavebamus[3]; 101_{15} malorum poenas effugit ac pavescit[4]; 245 D pavescens admiransque supernae infinitatis magnitudinem; 741 C expavit[5] dies non solitam noctem; 486 C haec altiora ille . . . expavit; 741 C eventum dominici vulneris elementa tremuerunt[6]; 470 D non sine tremenda parvuli comminatione.

---

[1] Iam apud Cicer. (Draeger I 358) et Livium (Dr. I 359). — Paul. Nol. 155_{27} ille ieiunium meum horret; 231_{31}. — Sid. Apoll. 114_{18} tamquam crudelis horretur. — Salv. E II 67 paupertatem horretis.

[2] Lact. I 542_9 quae omnia quisquis non exhorruerit. — Oros. I 16, 2 quos Alexander evitandos pronuntiavit Pyrrhus exhorruit. — Sid. Apoll. 122, 7 mensulam . . . hospes exhorruit (Müller 38). — Ceterum extat iam apud Livium (Draeger I 360). — Apul. 7, 5 (H. 158_{11}) cuius totae provinciae nomen horrescunt.

[3] C. F. W. Müller 124: apud Sall., Liv., Tacit., Petron. — Hier. saepe (Gölzer 306). — Sid. Apoll. 171 v. 11 pavetque publica puncta; 104_1.

[4] Alc. Avit. 1_{12} seditionem pavescis.

[5] Draeger I 360: apud Horat., Plin., Sen., Tacit., Sueton. — Vinc. Ler. 30_{22} quae certa sunt expavescunt. — Priscill. 27_{28} nomen domini . . . expavesce; 88_3. — Sid. Apoll. 67_{10} superiectas nives expavescemus; XXIII 275 (Müller 41). — Oros. IV 23, 11 asperitatem nequaquam expavescerem.

[6] Cypr. 567_{10} trementes ac metuentes deum; app. 197_{12} apostolos omnia vitia tremuerunt. — Lact. I 442_{14} non praesidum gladios tremunt. — Paul. Nol. XXII 93 quem cuncta tremunt; XXVI 77; app. III 45. — Hier.

Huc pertinent etiam: 172_9 in suo figulo non dubitavit scelus (= scheute nicht zurück, cum Nestlero II 17); 151_6 infremuit[1] . . . sororem; 225B Ita denuo erubescentem se suosque sermones ipse quoque in sua maiestate veniens erubescet[2]. — 260C quem mortuum ploras[3].

Accusativus obiecti interni his locis extat:

§ 18. 543A non caeli viam graditur[4] sed inferni; 573A ambulet iustitiae viam; 351A viam mandatorum dei currere delectaberis.

Huc non pertinet 315C perdit meritum totius itineris quod cucurrit; nam hic accus. dimensionem significat.

§ 19. Sapere[5] apud Fulgentios pro accusativo obiecti interni adiectiva et pronomina secum habet: 14_{18} rancidum se quiddam consipere promittebat; 35_{15} sin vero ab his minus aliquid desipit; 37_{17} brutum quiddam desipuit; 86_8 te homuncule creperum aliquid desipere; 103_9 Si . . . aliquid etiam Epicureum non desipissem; 15_{14} glandium quippiam sapiant;[6] 247A quisquis sanum sapit; 245A omne quod cogitare vel

Ep. 4, 2 super humilem et trementem verba sua requiescit (Gölzer 306 affert Augustin. Conf. 12, 25, 34 tremenda sunt iudicia tua). — Sid. Apoll. 143_{25} hiemalium mensium nomina tremas; II 50; 180 (Müller 43). — C. F. W. Müller 124: iam apud Lucil., Liv., Sen., in Vulg. invenitur.

[1] C. F. W. Müller 125: fremere transitive usurpatum.

[2] C. F. W. Müller 126: passim apud scriptores ecclesiasticos et in Vulg. — Tertull. Car. Christ. 4 nos illam erubescemus; Val. 3 (Hoppe 14). — Lucif. 115_{18} existimasti erubescere nos potuisse personam tuam. — August. Serm. 241, 5 nec erubuit eas (Regnier 63).

[3] C. F. W. Müller 125: apud Quint. et poetas.

[4] Saepe apud scriptores ecclesiasticos »viam currere, errare« similiaque: Lucif. 315_{13} deduceris illam quam tenes viam. — Paul. Nol. XVI 21 patrias errare vias; XVII 137; XX 375. — Hier. Ep. 23, 4 dum huius mundi viam currimus (Gölzer 306). — Alcim. Avit. 114_{12} viam huius saeculi currere; 113_5.

[5] Accusativus adiectivorum pro obiecto interno ponitur ab Apul., Tertull., Ammian. (Schmalz[4] § 60, 356). — C. F. W. Müller 81—83 ex Apul. 12 affert exempla.

[6] C. F. W. Müller 83. — Tertull. Pat. 12 nec protervum sapit (Hoppe 17). — Paul. Nol. 81_{11} terrena sapiens. — Prud. C III 16 fercula

sapere possumus; 601 A Quis enim sanum sapiens; 534 D boni discerent non altum sapere sed timere; 258 C nec in immenso quidquam locale sapere nec de altissimo humile aliquid aestimare; 54_9 haec fabula mystici saporem cerebri consipit.

Huc etiam pertinet 48_7 acrum iudicans.

'Quid' apud Fulgentios nonnumquam obiecti interni vices agens occurrit: 136_{14} quid . . . res parilis competat; 470 C quid aliud nituntur nisi succensere . . . mendacium; 215 D quid lex mandat vel instruit mentes hominum.

Similiter 'hoc': 502 A de spiritu sancto omnis paene hoc s. scriptura resonat.[1]

§ 20. Addimus ea exempla in quibus tantum[2] pro tam vel adeo, quantum pro quam ponitur:

50_{24} tantum stultus est ut; 64_5 tantum . . . fraglavit; 683 B non tamen tantum bonae quantum creator omnium bonorum; 822 C tantum est a fide . . . alienum quantum est s. religioni contrarium; 453 A tantum a catholica fide . . . demonstratur alienum quantum sacramento . . . resistit ingratus;

---

nostra deum sapiant. — Lact. I 480_9 nihil enim sapiunt nisi terram; I 483_1 caeleste nihil sapiunt. — Salv. III 6 multi ista non sapiunt. — Oros. I pr. 9 pagani . . . quia terrena sapiunt.

[1] Paul. Nol. XVII 262 barbari discunt resonare Christum; XXIII 12. — (Cypr. Gall.) Ion. 54 resonabat nare soporem. — Cypr. App. 278_{28} gratias debuerint resonare . . . gaudia. — Similiter sonare: Salv. E II 15 quid de his omnibus praeceptorum caelestium voces sonent. — Tertull. Hermog. 32 materiam sonet; Spect. 5; al. (Hoppe 15). — Hier. Ep. 9 semper in ore meo nomen tuum sonem; Did. Sp. Scto. 57; 59 (Gölzer 256 und 306). — S. H. A. Sept. Sev. 19, 9 Afrum quiddam . . . sonans (Lessing 17).

[2] C. F. W. Müller 62 praeter poetas affert Liv. 7, 6, 10 nequaquam tantum maesti quantum feroces; 21, 48, 8 quantum elatus tantum anxius. — S. H. A. Av. Cass. 3, 6 tantum enituit in philosophia ut (Lessing 18). — Lucif. 43_{32} tantum exaltemini; 49_9 numquam tantum imperarem (= tam diu). — Paul. Nol. 240_7 quantum illi . . . admirati sunt etiam pueros. — Salv. E II 67 praesentem inopiam tantum fugitis; VI 57 quantum placere deo debeat; IV 44. — Sid. Apoll. 96_{22} tantum mei meminens non sum ut; contra: 109_6 ita meminens non sum ut (Müller 40). — Cypr. 533_5 me tantum gravasti ut.

313A quantumlibet longaevi moriantur; 319D quantum Deo dilecta sit continentia.

§ 21. Tantum — quantum[1] apud Fulgentios idem valet atque ut — ita: 44_6 Grecia . . . quantum stupenda mendacio tantum est admiranda commento; 152_{15} quantum clementia . . . non habet modum tantum . . . percussionis non est remedium; 69_{23} omnis cupiditas quantum diligitur tantum ardescit; 78_{20} quantum ab optimis amatur . . . tanto[2] ipsa ars communionem hominum vitat.

Fulgentii episcopi, ne longi simus, selecta tantum exhibemus exempla: 153A Litterae . . . quantum demonstrant . . . animi sinceritatem . . . tantum nostrae responsionis . . . videntur arguere tarditatem; . . . tantum studio tuo congratulor quantum tua caritate delector; 257C quantum se dederit agnoscendam tantum se condonat revelandam.

§ 22. Non tantum — quantum[3] apud Fulgentios idem significat atque non tam — quam.

156_{22} non tantum benigne placere subdito voluit, quantum praedae affectus interfuit; 614C neque tantum cupiant habere temporaliter heredem quantum desiderent . . . Christi secum fieri coheredem.

Adn. Ut supra 'quantum' positivo ita 'quam' ab episcopo comparativo adiungitur: 197C Minus enim attendit . . . quam gravior eum . . . absurditas teneret innexum; 198B quomodo non considerant . . . quam deterior ex eo fructus . . . nascatur.

[1] C. F. W. Müller 62: Vell. II 11, 1 quantum bello optimus tantum pace pessimus. — Fav. Eulog. 20_{14} quantum hoc ad illud, tantum hoc illud ad hoc. — Salv. E. I 3 (quantum tibi auctum est populorum tantum paene vitiorum) quantum tibi copia accessit, tantum disciplina recessit. — Alc. Avit. 119_{19} (male $_9$) civicus furor quantum ad poenam mortaliter torsit tantum ad gloriam vitaliter occidit; 48_2.

[2] De ablativo cf. § 50.

[3] Mirus est locus Salviani hic: E III 51 nec tantum delectabant . . . quantum angebant . . . non tantum delectabat . . . quam angebat . . . non tantum delectabat . . . quam angebat . . . non tantum delectabat . . . quantum angebat. In membris primo et quarto 'quantum' ponitur, in secundo et tertio 'quam'.

Apud utrumque Fulgentium nonnulla verba passiva accusativum secum habent.

§ 23. Vulgare est indui[1]: 105_3 deinde arma Vulcania . . . induitur; 790A induti dominum Iesum Christum.

Inde intellegitur locus hic 573C: exsultavit anima mea in deo . . . quia induit[2] vos studium salutis et cordi vestro desiderium iustitiae clementer infudit.

§ 24. Praeterea apud mythographum delectari, apud episcopum doceri[3] cum accusativo coniunguntur.

27_6 instare ad id quod delectatus es. Quamquam praeferenda videtur lectio haec: quo[d] delectatus es. 78_{18} pulchritudo delectans interna artis secreta. Cum ablativo 93_{11} delectari sono; sic etiam apud episcopum struitur.

635D propterea fatendum est verum esse quod (relativ.) s. docemur eloquiis; 155C ab ipsa postulo doceri multo plura quae nescio.

§ 25. Accusativus pro ablativo mensurae[4] apud Fulgentios saepe occurrit: 30_{13} tantum celerior planetis omnibus currit; 34_2 coniunx quantum iure coniunctior tantum est . . . toxicata; 43_5 libido enim quanto carni consenserit

[1] C. F. W. Müller 130: frequenter apud Apul. — Draeger I 363/64 praeter Liv., Vellei., Curt., Plin., Sueton. compluries Apul. affert. — Tertull. Fug. 10 Christum indutus es; Res. Carn. 26; Iud. 14 (Hoppe, Diss. 6). — Cypr. 197_6 sericum et purpuram indutae. — Lucif. 113_{27} arma dei induti; 296_3; 300_{16}. — Rönsch, It. & Vulg. 437: Cant. Luc. 8, 27 tunicam non induebatur; Rehd. Marc. 15, 17 et induerunt eum purpuram. — Paul. Nol. XXXI 577 (corr. pro 575). — Sid. Apoll. V 399 pars ferrea texta concolor induitur (Müller 44). — Augustin. Serm. 294, 9 in.: indutus hominem (Regnier 130).

[2] C. F. W. Müller 130: induere aliquem aliquid apud Tertull. et in Vulg. — Lucif. 126_{10} iustitiam quam nos induerat dominus. — Sid. Apoll. VII 383 veterem cum te induit uxor ante boves trabeam.

[3] C. F. W. Müller 145 praeter alios affert Apul.: Ap. 98 p. 108_{26} nomina gladiatorum docetur. — Gell. 19, 12, 9; 19, 9, 7 nostras quoque litteras . . . docti (Gorges 27). — Tertull. Ap. 45 innocentiam a deo edocti (Hoppe 17).

[4] Apul. Ap. 69 quantumque minor . . . sit . . . dissensio (Leky 23). — Cypr. Gall. G. 180 perpetitur . . . multum graviora. — Salv. IV 62 aut deteriores aut non multum etiam meliores barbaris; Ep. IX 10 multum inreligiosius. — Sid. Apoll. 69_{14} basilicam . . . multum priore . . . capaciorem; 102_{15} nihil iudicio meo minor est. — Alcim. Avit. 26_{27} quantum . . . baratro profundiore mergantur.

tantum surgit iniquior; 737B Quantum cupio . . . reddere de caritate sermonem tantum me caritatis magis fieri video debitorem; 740A Caritas . . . quantum multiplicatur tantum largius erogatur; 771D naturae multum inferioris multumque imparis; 382A sententiam quam . . . tanto tenacius voluit mentibus nostris inhaerere quantum eam cunctis praeceptis suis posteriore dignaretur tempore promulgare; 508A quantum amplius alius alio oboediens deo fuit tantum amplius mercedis accipiet . . . tantum amplius alius alio in illa vita deum videbit quantum amplius eum . . . dilexit.

Similiter accusativus mensurae ad ea verba accedit quae vim comparativam habent[1]: 739D Tantum vero augetur caritas quantum fuerit imminuta cupiditas; 471D quantum ignorantia peccati minuitur, tantum reatus peccatoris augetur.

§ 26. memor[2] apud mythographum cum accusativo ponitur: 97_7 memores Platonis sententiam.

Hoc adiectivum apud episc. aeque atque immemor cum genetivo struitur: 183A reddendi memores debiti; 742D immemor pollicitationis suae.

§ 27. Accusativus exclamationis[3] apud episc. hic illic occurrit: 740A Clarum tanti martyris . . . diem!

---

[1] Apul. Ap. 14 tantum praestat (Leky 23). — Lact. I 142_{24} tanto enim haec ab illis superioribus distant quantum mala a bonis.

[2] Schmalz[4] § 62, 357: Past. Herm. vis. 2, 13 haec tanta memor esse non possum; Gregor. Tur. H. F. 3, 7 non immemor periurias. — Rönsch, It. & Vulg. 413: Amiat., Fuld. 1. Thess. 2, 9 memores . . . laborem nostrum et fatigationem. — Heraeus A. L. L. IV 560 ff.: Vulg. 1. Thess. 2, 9 memores . . . laborem; Venant. V. Mart. 4, 578 veniam memor; Bened. reg. 31, 10 memor semper illud apostolicum. — C. F. W. Müller 158: C. I. IX 5167_5 cuius pietatem . . . memores parentes. — Ein. Löfstedt, Verm. Beiträge 112: Ps. Augustin. quaestiones Corp. Script. Eccl. Latin. L 409, 259 memores . . . legem. — Ruf. Sext. 59 qui deum patrem vocas hoc . . . memor esto. — Contra cum genetivo Cypr. 522_3 evangelii memores. — Sid. Apoll. 110_{18} memor nostri.

[3] Schmalz[4] § 66, 359. — Draeger I 398/99. — Lact. I 80_{18} o dementiam insanabilem; 240_2; 247_{11}; al.

2. De dativo.

§ 28. miscere[1] et iungere[2] apud Fulgentios dativum sibi adsciscunt. V. ind. Helm. sub miscere, commiscere. Addenda sunt: 54_{12} potentia iniuriae mixta; 79_{21} numquam terrenis rebus miscentur; 179_{1} Christianis meritis Augustalia insignia iungentem; 69_{18} ei velut in coniunctione miscetur; 278B patri et filio spiritus s. iungitur; 304D uxorem viro et virum uxori . . . misceri; 305A sibi coniuges . . . misceantur; 558D operationi apostolus perseverantiam iungit; 571A paleam frumento misceri . . . permittat; 591A si speciebus aliis congrue misceatur; 596A adulterio mixta fuerit; 602A cruciatibus solatia miscebuntur; 693C nec ille mulieri . . . nec illa viro . . . misceatur; 521B singulari numero pluralem . . . miscuit; 705A bonis malos misceri.

§ 29. Etiam dominari[3] apud utrumque Fulgentium cum dativo structum est: 65_{16} omnis potentia etiam virtuti dominatur; 102_{2} dominatur perenniter mentibus. Contra p. 101_{12}, ubi Helmius secundum codices exhibet »verborum impetum dominari scit«, omnino C. F. W. Muellero[4] assentiendum

[1] S. H. A. Max. & Balb. 10, 8 latrones se militibus miscuerunt; Pert. 6, 10 cum Commodus adlectionibus innumeris praetorias miscuisset (Lessing 19). — Cypr. 758_{13} se schismaticis . . . miscuerunt; 743_{15}. — Reg. Tyc. 24_{29} qui animam non miscuit voluntati dei; 43_{13}; 7_{20}. — Prisc. 22_{12} falsa veris et catholicis mendacia miscuerunt. — Lucif. 161_{24} communioni misceremur Arianorum. — Prud. H. 788 deo mortales miscuit ortus. — Paul. Nol. XXIV 574 hostes ruinae miscuit; XX 404. — Oros. VII 1, 2 tantae potentiae patientia tanta miscetur.

[2] iunctus iam apud Ciceronem dativum habet (Draeger I 425/26). — S. H. A. Sever. 3, 9 ut regi iungeretur; 14, 8 (Paucker 103); Prob. 24, 8 quadrigae tyrannorum bono principi iungerentur (Lessing 19); Marc. 5, 9 sceleri suo . . . iunxit periuriam (L. 20). — Cypr. 248_{26} ecclesiae iungitur; 231_{5}; 589_{14}. — Cypr. Gall. E. 379 iungere corda deo. — Lact. I 143_{10} quae partes illis duabus societate iunguntur. — Sid. Apoll. iungere semper cum dativo struit (Müller 49). — Oros. I 14, 1 aut miscere bello aut regno iungere (regiones).

[3] S. H. A. Car. 7, 4 is dominetur uxori (Lessing 19). — Lact. I 99_{4}. — Ruf. Sext. 41 Quidquid supra omnia honoraveris, hoc tibi dominabitur; 42; 43. — Sid. Apoll. 36_{30} sicut hominibus reges ita regibus dominandi desideria dominantur; 32_{18} (Müller 47). — Oros. VII 2, 1.

[4] Glotta II 178.

censeo qui cum Munckero legit »verborum impetum domare scit« praesertim cum praecedat »verbum domantem«.

589 D quadrupedibus homo dominatur; 590 A ex iis quibus dominatur homo; 648 B dominari populo; 665 C dominabatur corpori.

§ 30. Similiter exsultare[1]: 114_{10} etsi morti non potuit tamen infirmitatibus exsultavit; 157_{10} nudus victor exsultat armato (sec. coniecturam Helmi); 336 B servi ergo domino cum timore et exsulta sponso cum tremore. Comparandum est insultare cum dativo positum: 664 D quando insultabitur morti.[2]

Alibi exsultare[3] apud episc. cum praepositionibus vel participio coniungitur: 340 B nec vulneratus de hoc quod in se sanum existimat . . . exsultet; 602 B De domino et in domino semper exsultant; 573 C exsultavit anima mea in deo; 292 C semper gaudentes exsultant.

§ 31. dependere[4] apud mythographum dativum habet: 150_{19} iudicum dominatui dependebat Hebraicus populus. Similiter haerere apud episcopum dativum sibi adsciscit.

§ 32. In fine ea exhibemus verba quorum structurae inter Fulgentios non congruunt: auscultare[5] apud episc. cum dativo ponitur, apud mythogr. cum accus. cum infinitivo: 9_{20} cum barbarorum morem auscultaverim . . . mercatos . . . abdicare; 490 B Petri sermonibus auscultemus; 549 C s. viri verbis intentus auscultet.

Instruere, sublevare apud mythogr. insolite cum dativo iunguntur: 140_{20} Illis divinitas linguas verborum varietate distinxit, istis sapientia ad ingenium prudentiae sublevavit.[6]

[1] Paul. Nol. XXIII 115 coepimus hymnos exsultare deo.

[2] Cf. supra 114_{10} exsultare morti.

[3] Tertull. Scorp. 13 de prospectu eius exsultans; Marc. IV 32 (Hoppe 34).

[4] Apul. 11, 4 (H. 269_{6}) laevae vero cymbium dependebat (Kretschmann 128).

[5] Apul. Ap. 83 improbo ac nefario homini . . . auscultarent; Ap. 94 saepius in Met. (Leky 17).

[6] Sic exhibent codices. At corrigendum videtur: istis sapientia ingenium prudentiā sublevavit. Concinnitatem respexisse auctorem ex toto loco apparet.

Mundo Babylonia instruitur regnandi primordium, homini tribuitur gubernationis ornamentum. Hoc loco instruere, tribuere eodem fere sensu usurpata sunt. Cf. quae praecedunt 140_{17} Sameramis totius libidinis ardore torretur et pueritia . . . vaporatur.

§ 33. Praevalere[1] apud mythographum, praeiudicare[2] apud episcopum dativum habet: 52_{15} cui flammarum non praevaluit deus; apud episcopum casus non apponitur; 310 C non ulciscendi libido praevaleat; 430 A praevalente spiritalis gratiae munere; 605 A praevalente peccato.

768 C praeiudicat divinitati; 355 D temporum cuiquam potest praeiudicare longaevitas; 405 C quidquid horum dicatur nihil praeiudicare fidei.

Oblucere apud mythogr. cum dativo iungitur: 12_{17} suis oblucentem ut pellicem voluptatibus. Cf. apud episcopum cum dativo structa obniti: 183 A; 291 D; 542 B; reniti: 342 D; 426 B; reluctari[3]: 641 A; 816 C.

§ 34. Pro praepositione 'a' apud Fulgentios nonnumquam dativus auctoris ad verbum passivum[4] pertinet: 10_{20} non mihi

[1] Lact. I 751_8 quae (mala) . . . praevalent bonis. — Paul. Nol. 168_{27} cum praevaluisset forti; 211_6; 217_{13}. — Alcim. Avit. 27_{35} vulnera . . . praevaluisse quidem homini.

[2] Hier. Ep. 78, m. 39 nec praeiudicare debere catalogo mansionum extraordinariam expositionem; Adv. Vigil. 9 coll. 396 (Gölzer 277). — Augustin. Serm. 359 § 5 f.; § 6 i.: ecclesiae cui nihil praeiudicat peccatum (Regnier 208). — Alcim. Avit. 107_{24} ut substantiae illi . . . praeiudicaret; 63_{15}.

[3] Lact. I 206_{22}; 551_7; 566_{24}. — Caecil. II M 186_8. — Sid. Apoll. 144_3 versibus non reluctaberis (Müller 49).

[4] Schmalz[4] § 89, 375: raro apud Apul., saepius apud alios auctores, imprimis Afros. — Tertull. Nat. II 6 cui res examinabitur; Scorp. 6 (Hoppe 25). — Gell. 9, 1, 9 quod hoc in loco Claudio dicitur; 13, 29, 2 (Gorges 29). — Cypr. 633_{16} is cui libellus acceptus est; 682_{22}; 707_6. — S. H. A. Ant. phil. 20, 1 Antonio haec sunt gesta per fratrem; Clod. Alb. 9, 3 servo suo percussus; Max. 14, 3 appellatus est omnibus Afris Augustus; Saturn. 8, 6 alii vitrum conflant, aliis charta conficitur (Lessing 22). — Lact. I 454_{12} iustitiam . . . contemptam deo putas. — Sid. Apoll. 6_{22} cantatas . . . nobis Phaethontiadas; 8_{13}; al. (Müller 52/53). — Alcim. Avit. 202_{11} salubrius dicenti clerico non impletur pompa quam regula.

cornutus adulter arripitur; 381 C ne quid vigilantissimae intelligentiae tuae sollicitudinique tuae minus quaesitum putaretur; 319 D quantum deo dilecta sit continentia vidualis.

Dubius est locus hic: 316 A Beatus fuit cum decem circumdaretur filiis, quia utrum dativus an ablativus extet diiudicari non potest.

§ 35. Verba motionis[1] apud Fulgentios interdum cum dativo ponuntur ut significetur finis: 45_{17} caelo opificem detulit; 78_{24} inferis transmigratur; 258 A illi venire[2] dicitur, cui se manifestare dignatur; 578 C quibus oportuit et oportet nec destitit venire nec desinit; 262 B cum nobis venire dicitur nostrum profectum debemus credere; 262 D Nobis tunc venire dicitur cum nos illuminare dignatur.

§ 36. Condignus[3] apud mythogr. cum dativo, apud episc. etiam cum ablativo iungitur: 23_{14} ipsis equis condigna huic nomina posuerunt; 163 A quae misericordiae vel aequitati divinae condigna reperiuntur et congrua.

Similiter dignus[4]: 261 B quae divinae celsitudini digna sunt cogitemus (al. divina celsitudine. Clausulae ratione habita dativus videtur praeferendus esse — ◡ — — ◡ — — ◡ — ◡). Alibi dignus et condignus ablativum secum habent e. c. 331 B tanto munere condignam.

Ingratus[5] apud mythogr. cum dativo, apud episcopum etiam cum genetivo ponitur: 172_{16} tot beneficiis ingratus ille

[1] Schmalz[4] § 92, 377. — Draeger I 427: Apul. 5, 2 cubiculo te refer; Met. 2, 16 novalibus suis ire. — Tertull. Ap. 30 caelo mittat excubias; Pud. 11 caelo resumptum (Hoppe 27). — S. H. A. Max. 17, 2 terrae se prosternebat (Lessing 22). — Lact. II 137_{30} Ph.: non lapsura solo mitia poma gerit. — Cypr. Gall. G. 1264 amisso rediisse loco. — Commod. 1, 3, 5 possunt caelo redire; 1, 30, 13 deo reversus (Schneider 9). — Paul. Nol. XVII 219 versos monachis latrones; 222 vertitur caelo pia vis latronum; XXVIII 323.

[2] Lact. I 271_{12} venientem vitalibus suis ictum; I 478_{3} veniet rabiosis ac voracibus lupis merces sua.

[3] Cypr. Gall. I 437 victima . . . condigna tonanti.

[4] Rönsch, It. & Vulg. 2. Macc. 6, 24 aetati nostrae dignum est. — Priscill. 14_{19} idola . . . gehennae digna (80_{8} dignum mandatis dei); 24_{7}.

[5] Lact. I 278_{16} caelestibus beneficiis exstiterit ingratus. — Augustin. Serm. 198 § 2 Ingratus es regnatori tuo (Regnier 47).

populus exstitit; 641 B ipsi gratiae esset ingratus, contra 212 B beneficii nostri salvatoris . . . ingrati.[1] Casus ambiguus est: 431 B ingrata misericordiae; 284 D ingrati gratiae; 230 C gratiae salvatoris ingratus.

Placitus[2] apud episc. cum dativo, apud mythogr. sine ullo casu ponitur: 213 A deo per omnia placitus; 313 A placita deo subnixus maturitate; 313 B bene viventem quendam deoque placitum; 320 B continentiam sibi placitam; 486 A quod deo placitum est; 542 D placitis Deo fructibus opimatus; 615 A; 636 C; 156_{20} in utroque placita bonitas.

Contentus[3] apud mythogr. et dativum et ablativum, apud episc. semper ablativum sibi adsciscit: 129_{13} contentus huic oneri; 165_{23} regni etiam Persici victoria non contentus. Dubius est locus hic 84_{19} contentus leviori fasciculo. Nam cum apud mythogr. ablativus comparativi etiam in i desinat, inter dativum et ablativum diiudicare non possumus.

In fine exhibemus nonnulla exempla ex episcopi operibus petita quorum similia apud mythographum non inveniuntur.

§ 37. Verba cum con composita apud episcopum saepissime cum dativo struuntur:

coaequare[4]: 278 B sive coaequetur sive etiam postponatur patri; 218 A paracletus coaequetur patri.

Concinere[5]: 239 D testamentum vetus concinit novo.

[1] Haustein 56: cum genetivo apud Verg. et Plin. (N. H.) — Tertull. Marc. II 24 beneficii ingratus; Marc. III 24; Ap. 40 (Hoppe 23). — Reg. Tyc. 79_{25} beneficiorum omnipotentis dei ingrati. — Lact. II 10_{15} suae condicionis ingratus. — Hier. In Is. XVIII pr. ingrati beneficiorum dei. — Huius structurae ansam dedit immemor.

[2] Prud. P. VII 2 Quirinum placitum deo.

[3] Tertull. Marc. V 11 contentus victoriae (Hoppe 22 genetivum esse iudicat).

[4] Verbi comparare structuram secutum est. — Fav. Eulog. 7_{15} sibi coaequari non valent. — Caecil. II 181_{11} Nicomediam studes urbi Romae coaequare. — Lact. I 448_{11} se inferioribus coaequavit. — Hier. Ep. 21, 28; In Ierem. III ad 12, 5 (Gölzer 315). — Alcim. Avit. 25_{18} quos (latrones) . . . temeritas crudelis iudicii . . . coaequaverat innocenti.

[5] Vinc. Ler. 47_{29} concinentem sibi concordemque sententiam.

Concordare[1]: 690C cui b. quoque Paulus concordat; 182D sacrificio . . . concordat oblatio; 302A huic sensui concordans; 205C fidei nostrae concordant; 213A Cui sententiae b. concordat apostolus. Apud mythogr. accedit praepositio 'cum': 63_7 Amor cum periculo saepe concordat; 134_5.

Condolere[2]: 295A condoluit ignorantiae et erroribus nostris. Aliter apud mythographum: 129_8 miserorum gemitus condoletur. (Cf. dolere, apud Fulgentios transitive usurpatum.)

Congratulari[3]: 324A spiritali desiderio . . . quantum congratuler atque congaudeam; 153A studio tuo congratulor; 168A huic ordini congratulatur.

Commori[4]: 295D nos illi commortuos esse; 296A omnes nos sibi commori fecit.

497C hisce communicare[5] ecclesiis = *κοινωνεῖν*.

Compati[6]: 282A non est carni compassus; 275C deum carni fuisse compassum; 295A compassus est infirmitatibus nostris; 295B nobis . . . compassus est. Aliter 277A compassum non fuisse cum carne, sequitur: carni compassus non est.

Consepelire[7]: 669C quisquis non fuerit ei in baptismate consepultus.

---

[1] Draeger I 413: Ovid. Met. I 518. — Vinc. Ler. 43_{18} concordantibus sibimet sententiis. — Cypr. Gall. I 246 vestrae concordent murmura voci.

[2] Cypr. 521_{11} condoleo fratribus nostris.

[3] Paul. Nol. 85_{29} patientiae congratulantem.

[4] Draeger I 413: Sall., Sen. — Cypr. 341_{15} liberis suis commoritur. — Paul. Nol. 198_2 illi commoriamur, in quo vita est; 176_{13}. — Hier. Ep. 22, 39 (Gölzer 315).

[5] Tertull. Pud. 6; 18 neque communices delictis alienis; al. (Hoppe 28). — Hier. Did. Sp. Scto. 17 communicare spiritui s.; Ep. 48, 15; C. Iohan. 4 (Gölzer 239). — Priscill. 39_{28} non nisi purgato sacerdoti se communicaturos. — Salv. VI 61 eorum cultibus communicat (= participem esse). — Alcim. Avit. 15_6 communicaturos . . . peccatis alienis.

[6] Vulg. Hebr. 10, 34 vinctis compassi estis (Kaulen 174). — Paul. Nol. 32_7 aegritudini nostrae . . . compassus est; 314_{22}; 312_{19}. — V. Cypr. c. 18 episcopo suo . . . compassus est. — Augustin. Serm. 259 § 3 homini . . . compatitur (Regnier 189). — Alcim. Avit. 25_{29} redemptori suo . . . compassus.

[7] Vulg. Col. 2, 12 Consepulti ei in baptismate (Kaulen 175). — Paul. Nol. 197_{23} (corr. pro $_{22}$) consepeliri ... sepulturae eius; 176_8. — Augustin. Serm. 363 § 2 m. illi consepulti sumus (Regnier 190).

§ 38. Similiter adiectiva cum con composita dativum secum habent:

coaeternus[1]: 216B lucem . . . quae deo coaeterna sit; 462B coaeternum sibi filium; 575D illa processio coaeterna sit illi origini; 807D patri coaeternam . . . deitatem.

consubstantialis: 422C divinitati consubstantiales; 784B consubstantialem patri; 803D consubstantialis est matri.

§ 39. Ad extremum varia exhibemus adiectiva quae insolite cum dativo iunguntur.

1. ineptus, rebellis, validus: 357B aetatem conversionis remedio ineptam; 364A nolunt rebelles praeceptis . . . inveniri. Apud mythographum ut alibi apud episcopum absolute ponitur: 178_1 haec divinitatis in rebellibus[2] fuerat poena.

592C videndae luci denuo validi fortesque reddantur; 777D ut in his quibus capiendis sumus invalidi; 269A explicationi . . . invalidi. Contra cum praepositione struitur his locis: 238B ad salutem . . . conferendam potestatem dicunt . . . invalidam; 309D ad implendam continentiam . . . invalidum; 339C ad implenda . . . praecepta infirmam te invalidamque testaris.

2. Adiectiva in alis, aris exeuntia:

familiaris[3]: 460D familiare est divinis eloquiis; 489D familiare divinis eloquiis.

poenalis: 593B poenales factae sunt homini.

3. Adiectiva in bilis desinentia:

705A Eis . . . esse damnabile si . . . coniugale opus voluerint appetere.

[1] Thes. III 1375: cum dativo apud Augustin., Gennad., Rufin., Zacch., Vict. Vit. — Lucifer. 263_{11} coaeternum patri. — Vinc. Ler. 18_7; 20_{14} (corr. pro $_{18}$) (substantia) coaeterna et aequalis patri.

[2] Salv. VII 44 illi deo humiles nos rebelles. — Cum genetivo: Prud. P XI 51 discipulos fidei detestandique rebelles idolii. — Sid. Apoll. 124_5 cuius disciplinae si qui rebelles . . . si qui sequaces (Müller 55).

[3] S. H. A. Tyr. 22, 3 familiari ergo sibi furore; Proc. 13, 4 quibus familiare est . . . fidem frangere; Num. 12, 1 quod illi aegritudinis genus . . . familiarissimum fuit (Lessing 24).

incurabilis: 356D medico . . . incurabilis plaga; 453D medicina cui morbus . . . incurabilis invenitur.

416A inexplicabilem intellectui . . . magnitudinem.

203C omnia deo possibilia esse.

3. De genetivo.

§ 40. Saepius apud Fulgentios genetivus pronominum personalium pro pronominibus possessivis ponitur[1]: 6_3 pro sui memoria; 27_{19} fructus ad maturitatem sui solis ardorem quaerant; 38_{23} omnis vita . . . in aspectum sui semper quaerat ornatum; 206D veritas . . . ad documentum sui . . . possit . . . consideratione fulciri . . . nomina diversitate sui non naturarum diversitatem ostendere; 772A (mens) in parte sui habeat memoriam; 627D (merita) diversitate sui; 254A sempiternitate sui; 475C plenum sui sortitur effectum; 456C naturalem sui statum.

[1] C. I. L. VIII 8287 in . . . flore sui; 9729 post obitum . . . tue (= tui); 8448 reliquos mei; 18629 post mortem nostri; 21564 solatio nostri. — Apul. Plat. I 6 propter evidentiam sui; 6, 27; 5, 3 (Kretschmann 80). — Flor. III 13 in exitium sui (Wölfflin A. L. L. VI 7). — S. H. A. Sat. 8, 7 pro sui fecunditate; Helv. 28, 3 per naturam sui (Lessing 28). — Paul. (I. Ctus.) Dig. 40, 7, 20, 5; 45, 1, 83, 5; Ulp. 46, 5, 1, 4; Paul. sent. 5, 4, 7 pro qualitate sui; Paul. ed. 10, 2, 15 sine interitu sui (Kalb, Juristen 137). — Fav. Eulog. 4_{32} pro sui qualitate; 4_{22} pro sui natura; 11_2. — Rönsch, It. & Vulg. 418 similia exempla habet haec: Amiat. Phil. 2, 12 non ut praesentia mei tantum sed multo magis nunc in absentia mea. — Vulg. Phil. 2, 12 in praesentia mei (Kaulen 142). — Priscill. 34_5 veritate sui; 84_3. — Solinus 23_9 sine detrimento sui; 56_{19} (Landgraf 404). — Lact. I 456_5 praesentiam sui fecit; I 350_1 in defensionem sui. — Tertull. Ux. II 2 ad exemplum sui; ipsa sui brevitate; Paen. 3 (Hoppe 18). — Hier. Ep. 118, 1 praesentiam sui; In Matth. III ad 18, 4 in exemplum mei; Ep. 127, 8; al. (Gölzer 318). — Augustin. Serm. 215 § 19 prae multitudine sui (Regnier 206). — Oros. IV pr. 2 vim sui triplicem; VI 1, 6 sui ordinatione; VII 1, 2. — Sid. Apoll. 37_{18} ultima sui parte; 36_{21}. — Cypr. 352_{27} occasum sui . . . testatur; 313_7. — Paul. Nol. 164_2 extra sui labra; 288_{14}; 288_7. — Salv. V 6 in aliqua sui parte; VI 34 ad exordium sui; E IV 25. — Vinc. Ler. 28_{27} ad consensum sui; 22_{13}. — Alcim. Avit. 84_{14} pro reconciliatione sui aliorum crimina confiteri; 110_{37}. — Rönsch, Sem. Beitr. II 50 exempla affert ex Porphyr., Iul. Valer., Gloss. Philoxen. aliis.

§ 41. Nonnumquam apud Fulgentios participia licentius cum genetivo coniunguntur: 36_{16} habendi insatiata[1] rapiendi cauta[2] servandi sollicita;[3] 64_6 anus zeli succensa. Aliter 64_{12} zelo succensa; 741 B plus metuens[4] luxuriae quam tristitiae.

§ 42. Adiectiva in ax desinentia apud mythographum cum genetivo, apud episcopum etiam cum dativo ponuntur:

14_{22} quarum sequax[5] si fueris; 181 A fidei Abrahae . . . reperiri sequaces.

38_{23} potentiae petax; 36_{16} ornatus petax (sic T β; Helm ornatui praefert).

capax[6] apud episc. genetivum secum habet excepto hoc loco 463 B corda . . . capacia videndo deo . . . exhibeat.

incapax[7] 524 A rerum spiritalium incapaces.

tenax[8] apud episcopum semper cum genetivo iungitur.

[1] Iustin. Trog. 1, 8, 14 sanguine . . . cuiusque insatiabilis semper fuisti (Paucker 323). — Satiatus cum genetivo structum (Haustein 45): apud Ovid., Sil.; insatiabilis (Haustein 54) apud Liv., Valer. Max., Sen., Iuven., Aurel. Vict.; insatiatus (H. 73) apud Stat., Prud.

[2] Paul. Nol. X 305 anima . . . cauta futuri; XXIII 123 vicini incautus discriminis. — Incautus cum genetivo positum apud Horat., Ovid., Stat. (Haustein 50); cautus (H. 70) apud Macrob.

[3] Haustein 52: Liv., Sen., Claudian. — Sid. Apoll. 73_4 totius sollicitus orbis; 79_{23} (Müller 55).

[4] Draeger I 480: timidus cum genetivo positum apud Horat., Ovid. Lact. — Haustein 67. — Apul. Met. 1, 9; 4, 32 (H. 100_{15}) irae superum metuens (Kretschmann 127). — Paul. Nol. 89_{20} morae metuens.

[5] Paul. Nol. 160_{16} inlustris magistri sequacem. — Sid. Apoll. 104_{13} sequax . . . consilii (Müller 55).

[6] Prud. S. II 162 virtutisque capax; P. II 376. — Paul. Nol. 120_{10} non capacem dei; 227_8. — Lact. II 39_6 aeris capax; I 98_6; 205_{18}. — Priscill. 96_7 consilii capax. — Sid. Apoll. 35_{25}; 84_9 vir omnium virtutum capacissime. — Haustein 53.

[7] Haustein 72. — Prud. P. X 588 scio incapacem te sacramenti. — Hier. Ep. 124, 4 diabolum non incapacem esse virtutis (Gölzer 161). — Salv. V 1 (corr. pro VI) veritatis divinae incapaces; E II 4.

[8] S. H. A. Av. Cass. 3, 8 disciplinae militaris ∼; Get. 5, 1 ∼ veterum scriptorum; Max. & Balb. 6, 4 iudicii ∼. — Haustein 55: Colum., Vellei., Valer. Max., Sil., Curt., Sen., Quintil., Iuven., Plin. Mai. et Min., Sueton. — Vinc. Ler. 29_1 universalis . . . fidei parum ∼. — Praeterea memoratu digna videntur: efficax: Apul. 10, 11 (H. 245_8) soporis efficacem (Draeger I 482); ferax: Paul. Nol. 337_{12} vix unici caulis ∼; Haustein 43: Liv., Ovid.,

contumax[1] dativum incommodi secum habet, at alia adiectiva in ax cum genetivo copiae vel possessivo ponuntur: 593 B deo exstitimus contumaces.

§ 43. noxius[2] = reus apud mythographum, obnoxius[3] apud episcopum genetivum habent: 36_{22} libidinis tantummodo noxia; 694 B noverint se voti sui obnoxios detineri; contra 309 A fraudis vitio . . . obnoxium[4]; 637 A obnoxii sunt servituti.

noxius = nocivus apud episc. cum dat. struitur: 601 C homini noxia atque perniciosa transgressio; 592 C contrarii sunt infirmis et noxii.

Immunis[5] apud mythographum, vacuus[6] apud episcopum genetivum sibi adsciscit: 181_8 (Sup. Theb.) utilitatis immunes; 389 C utilitatis . . . vacuum.

§ 44. Invidus[7] apud mythographum cum genetivo, apud episc. absolute ponitur: 145_1 fratris ~; 145_{23} sororis invidam; 687 B homines quos ad peccati praecipitium ~ duxit.

§ 45. Ultimo loco ea exhibemus adiectiva quae quantum scio non nisi apud alterum Fulgentium leguntur:

Colum., Sen., Curt., Sil., Valer., Plin., Tac., Iustin., Claudian.; loquax: Tertull. Ap. 16 mendaciorum loquacissimus (Hoppe 23); mendax: Apul. 6, 31 mendaci fictae debilitatis; sagax: Iustin. Trog. 36, 2, 8 prodigiorum sagacissimus (Paucker 323).

[1] Sid. Apoll. IX 217 Mantua contumax Homero.

[2] Draeger I 476: Tacit. Ann. 5, 11 ~ coniurationis. — Haustein 75: Sen., Apul., Auson., Ulp.

[3] Haustein 60: Livius, Paul. sent., Cod. Iustin. — Stangl 165: Ps. Ascon. 196_8 arcae . . . obnoxia.

[4] Priscill. 15_7 nullae similitudini idolicae infelicitatis obnoxii. — Prud. C. IX 16 membra morti obnoxia. — Oros. IV 16, 9 debitis obnoxii.

[5] Draeger I 478: apud Tacit. bis. — Cypr. 16_{11} gratiae celestis ~. — Reg. Tyc. 64_{18} plagarum Aegypti immunem. — Haustein 59: Cic., Verg., Ovid., Liv., Vellei., Stat., Valer. Flacc., Nazar.

[6] Draeger I 478: apud Sallust, Horaz, Sen., Tacit., apud Apul. nudus: 5, 2 vox quaedam corporis sui nuda (= σώματος γυμνός Plato Crat. 403 b). — Haustein 24: Mamert. Grat. act. ad Iul. 14; Claudian. Eutrop. II 423; Eumen. — Prud. P IV 86 clari vacuus cruoris. — Paul. Nol. 358_9 (virgo) vacua spiritus [138_6].

[7] Paul. Nol. 91_{22} non pietatis propensae ~. — Haustein 54: Cic., Nep., Stat., Sulpic. Sev.

curiosus[1]: 78_9 veritatis . . . curiosa nexilitas.
indignus[2]: 386 D confessionem...salutis indignam —⏑——⏑!
indigus[3]: 164 B perfectionis est ~; 246 A opis ~.
egenus[4]: 246 B iuvaminis egenam.
praescius[5]: 600 D deus ~ futurorum; 611 B ~ operum.
specialis: 626 D revelatio ~ est filiorum dei.

---

[1] Haustein 72. — Draeger I 475: inde a S. H. A. — incuriosus iam apud Gell. 7, 5, 1 rerum antiquarum non ~ (Gorges 29). — S. H. A. Hadr. 11, 4 curiosus ~ non solum domus suae, sed etiam amicorum; Ant. Phil. 20, 5 famae suae curiosissimus (Lessing 28).

[2] Haustein 63: dignus cum genetivo apud Cic, Liv., Ovid., Sil., Stat., Sen., Tacit., Sueton., Apul., Claudian.; indignus apud Verg., Valer. Max., Sil., Max. & Balb. — Cypr. app. 44_{14} muneris dignos — ⏑ — — —! — Ruf. Sext. 329 pretii dignum.

[3] Draeger I 477: Lucret. I 61 ~ nostri; Plin., Tacit. — Haustein 23: Pallad. Nov. 11; Claudian. Cons. Mall. 4; Mart. Capell. I 9; Prud. od. 9. — Paul. Nol. App. III 40 indiga vocis hiant.

[4] Haustein 45: Lucret., Verg., Liv., Stat., Sil., Valer. Flacc., Auson. — Draeger I 477: inde a Tacito saepius. — Prud. S. I 377 numina lucis egena. — Oros. I 1, 9 egenum opis (hominem).

[5] Haustein 49. — Draeger I 475 apud Verg., Tac., Val. Flacc. — Tertull. Apol. 11 (Hoppe 23). — Lact. I 144_5 ~ futurorum; 384_5. — Oros. III 3, 2 conscientiam mali sui praesciam. — Sid. Apoll. 47_{24} meae causae suaeque personae ~ (Müller 55).

Argumentum.

Vita.

Natus sum Otto Friebel die II. mensis Iulii anni 1887 Ratiborii in municipio Silesiae superioris patre Maximiliano matre Katharina e gente Skrziposchek, quam multis abhinc annis diem supremum obiisse valde doleo. Fidem profiteor catholicam.

Anno 1898 scholam Latinam adii Ratiboriensem ex cuius professoribus praeter alios bene mihi volebant Wilhelm, Schöne, Machule. Testimonium maturitatis anno 1907 consecutus Berolinum me contuli ut linguarum scientiae me darem. Eiusdem anni hieme universitatem Vratislaviensem petivi, ut arti philologicae operam darem.

Docuerunt me viri doctissimi: Ballod, Finck, Möbius †, Neuhaus, Schalfejew, Schmoller, Stolze †, v. Wilamowitz-Möllendorff Berolinenses, Abicht, Cichorius, Fischer, Förster, Hoffmann, Hönigswald, Kaufmann, Leonhard, Muther †, Schott, Schrader, Skutsch, Stern, v. Wenckstern, Wendland, Wolf.

Seminariis et exercitationibus interfui professorum Cichorius, Förster, Hönigswald, Kaufmann, Skutsch, Wendland, Wolf.

Quibus omnibus gratias ago magnas, maximas autem Francisco Skutsch qui me pro sua humanitate opera et consilio semper adiuvit.